



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvatris, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

213. feria 4. de sex stultitijs, quæ comittuntur in bello cum vitijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Fer. 3. Domin. 6. post Pentecost. 383

superbiae, detestando hoc vitium diabolicum, quod cor excæcat, ne meam vilitatem agnoscam; affectum corrumpit, ut alijs melioribus præponi cupiam, corpus deformat, ut signa elationis ridicula alijs, non sentiam: arrogantem, elatum, præsumptuosum, & ambitiosum facit. Petam à DEO gratiam impugnandi superbiam, meditando ea, quæ mei cognitionem afferunt, mea bona abscondunt, imbecillitatem, ac defectus ad confusionem meam revelando, actibus humilitatis internis, & externis insistendo. Postulabo humilitatem, quâ me Deus intra terminos cõtineat.

MEDITATIO CCXIII.

Feria 4. Domin. 6. post Pentecost.

*De sex stultitijs, quæ committuntur
in bello cum vitijs.*

Aspiciam sex errores, quibus abducuntur homines ad perdendam victoriam contra vitia ex Hugone Card. Petam eos agnoscere, & evitare.

Conf. 1. Errorem 1. esse arma onerosa, quæ certanti obsunt, uti arma Saulis Davidi 1. Reg. c. 17. Ea sunt oratio, jejunia sine mensura. 2. Error, non armari ante pugnam v. g. prostratus gladio impatientiæ vult primo sumere clypeum patientiæ, cum dictum sit Eccl. 2, Fili, accedens ad servitutem Dei,
As

384 *Feria 4. Domin. 6. post Pentecost.*
sta in iustitia, & in timore, & prepara animam
tuam ad tentationem.

Conf. 2. Errorem 3. relinquere pericu-
losiorem locum, & se munire in minus pericu-
loso, v.g. infestatus luxuria munit se elee-
mosyna relictis jejunijs, oratione, castigatio-
ne; avarus jejunio, relictâ eleemosynâ. 4. Non
jugulare initia Pl. 136. Parvulos non alliden-
do ad Petram. Cant. 2. Vulpeculas non ca-
piendo.

Conf. 3. Errorem 5. Reijcere arma in con-
fliktu; dixit Philosophia Boetio: Talia tibi
contuleramus arma, quæ nisi prius rejecisses, in-
victâ te firmitate tuerentur: Id faciunt, qui
veniente contumeliâ patientiam abijciunt.
6. Pugnare totis viribus contra auxiliares
copias nostras, tanquam hostes, cum sint a-
micissimi v.g. contra omnia adversa in unum
collecta, cum tamen & mala, & mors, & pau-
pertas à Deo sint, Eccl. 11. Pro quibus gratiæ
habendæ Deo; nos hæc infestamus, & ex ad-
verso hostes proprium sensum, & voluntate-
tem fovemus.

MEDITATIO CCXIV.

Feria 5. Domin. 6. post Pentecost.

De alijs sex stultitijs, quæ commit-
tuntur in bello adversus vitia.

Aspiciam alios sex errores, quibus abdu-
cuntur